Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Io. Freinshemii Commentarii in libros svperstites Q. Cvrtii Rvfi

Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Sequens carmen una cum variis in curtium lectionibus olim transmissum [...]

urn:nbn:de:bsz:31-103771

Visual Library

SEQVENS CARMEN VNA CVM VA-riis in Curtium lectionibus olim tranſmiſſum, eiuſmodi laudum alioqui nec capax, nec appetens, propter memoriam Viri Docti & officioſiſſimi, hic ſubijcere ſuſtinuimus.

MAgnus ALEXANDER neque pingi ſe, neque fingi,
Id niſi Apellis, & hoc niſi dexteritate Lyſippi,
Suſtinuit, pretium Regalis menſus honoris
Artifice ingenio, quali pollebat vteruis.
Idem crediderim ſua nollet geſta notata
Abs alio quoquam, CVRTI niſi acumine RVFI,
Cunctos ex facili hiſtoricos ſuperante coæuos.
Quod quia non vna lentebat parte retuſum:
FREINSHEMIO priſcum recipit limante vigorem,
Dignum CVRTIADE, MAGNO dignumque MONARCHA.
Macte ſtyli, Iuuenum noue Flos, interpolis! iſta
Hiſtorias Latias, Graiasque decente nitela
Ruſpantum volupi repræſentare labori.
Sic illa ſatius, Tu latius ipſe legeris,
Alterna trifidum gemmantes luce per orbem.
Et potes, & priua polles fautrice Minerua:
Nec BERNEGGERI non inſtrumenta ſecundant,
Iudicio conſtructa graui, curaque ſagaci.
Sæpe parem primis meruit diagrammaſi laudem,
Qui veteres graphica ductus illuminat arte.
Quin vetulis didici tabulis certáſſe nouatas,
Maius & his decus illuſtrantis adeſſe politu.
Vſque adeo inuentis fit quondam acceſſio felix.
Ipſe, putem, faſſum rediuiuus CVRTIVS iret,
Cum fructu ſe nunc potiore legique terique,
Quam quibus exierat primoribus olim elementis.
Verior aſt iudex hæc arbitrabitur ipſo
Poſteritas vſu, nihil imponente magiſtro.
Cui pius, & Chariſin ſacra digna litare memento:
Pluria gratus amat data proritare datorum.

CVNR. Schoppius acclamabam Bernæ.